



Hyperdulia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

XXIII. Hyperduliæ species, Die sabbathi B. Mariae sacro varia pietatis
opera ad illius gloriam exercere.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55266)

170 HYPERDULIA

mus esse Dei arcem, Christi castra, murum spiritus, vexillum fidei, castitatis signum, sanctitatis tropæum; Ieiunium est singulare sanctitatis aratum, concorda, eradicat crimina, euellit delicta, virtus subruit, charitatem serit, copia nutrit, parat innocentem messem.

§. I V.

Tertium Hyperduliae primum

Fuit, quod Berchmannus solenniter Sabbatho ieiunans, in Societatem Iesu hinc militantem & illic triumphalem Sabbatho admissus sit.

X X I I L

HYP ER D U L I A E SPECIES

Die Sabbathi B. MARI
sacro, varia pietatis opera
ad illius gloriam exer-
cere.

§. I

§. I.

Natus Sabbatho Berchmannus à Sabbatho dēnatus terræque mandatus, meritò diem sibi natalem, & B. MARIAE Virginī (quam Matrem ipse suam vocitare amabat) sacrum, magna religionē veneratus, in eo, præter solenne iejunium, multa alia pietatis opera exercuit. Nam Virginis honori Sabbathinis diebus per homologes in animum expiabat, infima culinæ ministeria obibat, aliasque corporis afflictationes adhibebat.

Virg. Cepar. & Herm. Hug. Vit.

pag. 161. & 147.

Exstat eius syngrapha his verbis expressa : Diebus Sabbathinis lauabo scyphos in culina in honem B. Virginis. Et alia his verbis : Omnibus diebus Sabbathinis aliquid loquar in recreatione de B. Virgine, & Dominicis diebus de Venerabili Sacramento.

L 2

§. II.

§. I I,
Præmīum Hyperdulie.

Sed enim qui diem Sabbathi tam pie coluit, quid præmij, vel à Deo, vel à Deipara Virgine retulit? Præter alia etiam hoc, quod in ipsis Sabbathinis diebus à Deo Deiparaque multis mirisque omnino fauoribus & Charismatis fuerit inundatus. Itaque ut alia omittam beneficia ab eo cælitus accepta, quodam Sabbathino die (is erat X V. Cal. Ianuar. Anni Christiani C I O I O C X I.) tam fuit ingens illum perfundentis diuinæ vberitas dulcedinis, consolacionumque cælestium vis, ut eam nec dissimulare diutius, neque præterire posset, quin literis ita consignaret.

Die Sabbathi X V I I I. Decembr. misit mihi Dominus fluuium pacis; ut orandum non sit, tot patres fratresque (qui eum norant) in odorem diuinorum aromatum (quibus ille inter orandum perfundebatur) cucurrisse, lubentissimeque audiuisse, tam suauiter narran-

tem

tem, quanto cor eius Dominus cælestis
torrente dulcedinis inundaret.

XXIV.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Festis B. M A R I Æ Deipa-
ræ Virginis diebus S. Homolo-
gesin & Synaxin frequen-
tare.

§. I.

NVlo non die Dominus & Domina,
à quibus in dies, non uno benefi-
cio afficimur, diligenter omnino, pièque
colendi; sed festis utriusque diebus, utrique
diligentius & pientius. Ita quotidiano-
rum ab utroque perceptorum benefi-
ciorum probè memor Berchmannus e-
git, sed sacris Domino, Dominæque die-
bus diligenter ac pientius. De diebus
Domino consecratis dicere quid egerit,
nunc nostri non est instituti. Cæterum
festos Dominæ dies singulari semper re-

L 3 ligio-